Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Credo in unum deum

Patrem omnipotentem factorem cœli et terræ visibilium omnium et invisibilium
Et in unum dominum ihesum christum filium dei unigenitum et ex patre natum ante
omnia sæcula deum de deo lumen de lumine deum verum de deo vero genitum non factum
consubstantialem patri per quem omnia facta sunt Qui propter nos homines
et propter nostram salutem descendit de cœlis Et incarnatus est de spiritu sancto
ex maria virgine et homo factus est crucifixus etiam pro nobis sub pontio pilato
passus et sepultus est Et resurrexit tertia die secundum scripturas et ascendit
in cœlum sedet ad dexteram patris et iterum venturus est cum gloria iudicare
vivos et mortuos cuius regni non erit finis Et in spiritum sanctum dominum et vi-
vificantem Qui ex patre filioque procedit cum patre et filio simul
adoratur et conglorificatur Qui locutus est per prophetas et unam sanctam ca-
tholicam et apostolicam ecclesiam Confiteor unum baptisma in remissionem
peccatorum Et expecto resurrectionem mortuorum Et vitam venturi seculi Amen

Gloria in excelsis deo

Et in terra pax hominibus bone voluntatis Laudamus te benedicimus te
adoramus te Glorificamus te Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam
Domine deus rex celestis deus pater omnipotens Domine fili unigenite ihesu christe
Spiritus et alme orphanorum paraclite Domine deus agnus dei filius patris
Qui tollis peccata mundi miserere nobis
Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram Ad dexteram patris miserere nobis
Quoniam tu solus sanctus Tu solus dominus Tu solus altissimus Maria cum sancto spiritu in gloria
dei patris Amen

149